



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 44. Audiuntur testes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Interim Papa designavit Auditores <sup>Sæcul. XIV.</sup> testium, quorum percontatio non ferret moram. Illi erant Isarnus Archiepiscopus Thebarum, Vicarius Papæ Romanus, Jacobus Episcopus Avenionensis postea Papa Joannes XXII, Altegrudus Viennensis Episcopus, Bertrandus Abbas Montis Albani, Vitalis Dufurius ex Ordine Minorum Doctor Theologiæ, & Grimerius Bergomas laicus Advocatus in Romana curia. Papa jussit eos accedere Romam, Lombardiam, Hetruriam, Campaniam, & vicina loca, testes grandævos, infirmos, vel diu absuturos, interrogandi gratia, eorumque testimonia silentio premere. Mandatum dedit 28 Jun. 1310.

viz. 1310.  
A. C. 1310.  
Rayn. 1310.  
n. 37.

§. XLIV.

*Audiuntur testes.*

Papa Clemens etiam tres Cardinales, qui testes ejusmodi percontarentur, prope se constituit, scilicet Petrum Sacellium Episcopum Prænestinum, Berengarium Fredolium Episcopum Tusculanum, & Nicolaum Frovillum de S. Eusebio. Sic apparet ex fragmento inquisitionis ita incepto: Die lunæ 17 Augusti eodem anno, nempe 1310 Nicolaus Sacerdos Canonicus Ecclesiæ cathedralis de S. Angelo Lombardorum in Apulia,

Diff. p. 543.



Sæcul. XIV.  
A.C. 1310.

p. 544.

lia, triginta septem aut triginta octo annos natus dicto juramento coram Cardinalibus negotio præfectis intra prioratum Grosellinum prope Malosiam dioceseos Vasionensis in palatio, quod Papa incolit, hæc affirmavit. Sub pontificatu Cœlestini V, nempe an. 1294 men-

se Novembri cum essem in ædibus Marini Sichinulfi, ubi Benedictus Cajecanus tum Cardinalis agebat, hujus conclave cum Episcopo Frecentino ingressus, ibi Clericum quendam inveni coram pluribus cum illo disputantem, quænam esset melior lex aut religio, Christiana, Judaica, vel Saracena, & quænam melius observaretur? Tum Cardinalis: Quid sunt omnes hæc religiones? inventa sunt hominum. Curæ habenda est hæc sola vita: nec enim datur alia.

p. 545.

Addebat hujus mundi nullum unquam principium fuisse, aut finem fore. Postridie Nicolaus dioceseos Capitaquensis Abbas ad S. Benedicti restabatur idem, adjungens Cardinalem dixisse, panem non converti in Sacramentum Altaris; nec id esse corpus Christi; non dari

p. 548.

reditum ad vitam; sed animam mori cum corpore: sic se, sic litteratos omnes sentire; simplices autem & rudes aliter cogitare. Testis rogatus, an ille per jocum ita locutus esset, respondit, hæc serio illum & ex animo dixisse.

Die



Die Mercurii 19 Augusti Matfredus <sup>Sæculi XIV.</sup>  
 laicus civis Lucensis sexaginta quin- <sup>A.C. 1310.</sup>  
 que annos habens ista protulit. Anno 1300 ante Natalem Domini, cum in La- <sup>p. 550. 551.</sup>  
 teranensi Papæ Bonifacii cubiculo Flo-  
 rentiæ, Bononiæ, ac Lucæ Legatos  
 inter multosque alios adesset, vir qui-  
 dam, qui Papæ a sacello esse videba-  
 tur, ei nunciavit mortem Equitis cujus-  
 dam pravi hominis; ideoque supplican-  
 dum Christo Domino, ut ejus animæ  
 parceret. Bonifacius illum appellabat  
 fatuum, & de Christo indigne locutus  
 adjungebat: Hic Eques jam recepit o-  
 mne bonum malumque, quod habere de-  
 bet: nec datur vita, vel paradifus, aut  
 orcus alius, quam hoc in orbe. Subje- <sup>p. 564.</sup>  
 cit hic testis Bonifacii sermonem, quem  
 memorari non patitur pudor: & alius  
 testis alium priore magis impium reci-  
 tavit.

Quod nobis de hac disquisitione su-  
 perest, comprehendit testimonia tredecim  
 testium, quorum plures dicta eadem eo-  
 dem modo retulere. Alia inquisitio, quæ <sup>p. 526.</sup>  
 anno sequente videtur facta, continet te-  
 stificationes viginti trium testium, ac  
 eadem verba cum aliis æque offenden-  
 tibus. At, cum res dijudicata non fue-  
 rit, supervacaneum duxi singula longius  
 persequi.